



Oratio Filiorum in primis,
propinquorum, & amico-
rum Imp. Constanti-
tini.

ITa ne Pater antehac filiorum a-
mantissime, filios privas, exherede-
das abdicas? Nam quod te optima
maximaq; Imperij parte exuere vis
non tam querimus quam miramur.
Querimus autē quod eā ad alios de-
fers, cum nostra & jactura & turpi-
tudine. Quid enim causa est, quod li-
beros tuos expectata successione Impe-
rij fraudas, qui ipse una cum patre
regnasti? Quid in te commisimus?
qua in te, qua in Patriam, qua in no-
men Romanum, ac majestatem Impe-
rij impietate digni videmur, quos
præcipua optimaque partes Princi-
patus